Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



81

Ne proicias me in tempore senectutis cum deficiet
uirtus mea ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei michi et qui custo
diebant animam meam consilium fecerunt in unum.
Dicentes deus derelinquit eum persequimini et comp
hendite eum quia non est qui eripiat.
Deus ne elongeris a me deus meus in auxilium me
um respice.
Confundantur et deficiant detrahentes anime
mee operiantur confusione et pudore qui
querunt mala michi.
Ego autem semper sperabo et adiciam super
omnem laudem tuam.
Os meum adnuntiabit iusticiam tuam tota
die salutare tuum.
Quoniam non cognoui literaturam introibo in potent
iam domini domine memorabor iustitiae tuae solius.
Deus docuisti me ex iuuentute mea et usque nunc.